



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Embl. II. in ciuitate designatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Emblema II. in Ciuitate designatum.

Preualuit, enim, amplificare ciuitatem. Eccles. 50.



N sinistra etiam manu Ciuitatem gestare videtur, qua innuitur ipsum ad sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ opes augendas, Ciuitatē Auinionensem Pontificis Romani tunc temporis sedem, à Regina Neapolis Ioanna, emisse, quæ ab eo tempore in perpetuum Pontificii uiris facta est. *Platina, in eius*

uita, & alij ab eo desumentes.

De reliquis eius actibus non loquor, ut de doctrina eius pauca disserere valeam. Theologiæ enim, & DD. Doctor cum esset, & supra omnia facundissimus & eloquens, unde etiam audientes sæpius in admirationem inducere solebat, multa scripsisse fertur, de quibus tamen pauca ad manus meas peruenerunt; præcipua hæc sunt

De canonizatione S. Iuonis, quem ipse in SS. numerum retulit, lib. 1. qui sæpius excusus est, & nouissime cum surio tomo 3. die 19. Maij.

De approbatione Caroli Regis, lib. 1.

Sermonum, lib. 1. Collationum, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

Fecit & Missam pro mortalitate, *Recordare Domine testamenti tui.*

Vidi & ego Romæ in Bibliotheca Vaticana, Epistolarum, & Decretalium eius multa uolumina MSS. quæ reseruantur in cubiculo secretiori, quod est ad sinistram partem ingredientibus Bibliothecam.

Alia si quæ scripserit, ut uerisimile est, necdum uidi.